







# I N D E X S E V R E P E R T O R I V M

matarum ac vtriusque iuris decisionum quæ in singulis  
Septem Partitarum glosis continentur: Copiosissimè atque  
luculentissimè concinnatam, per la-  
cobum Boffæum.



SALMANTICAE,  
In ædibus Andreæ à Portonarijs, Sacræ Catholicæ  
Maiestatis, Typógraphi.

M. D. L X V.

Iacobus Boffæus Lectori. S.



**S**CIO NON DEFVT VROS CANDIDE LECTOR, qui in hoc indice excerpto vel seueritatem nimiam (ne dicam superstitionem) vel negligentiam condemnet: cum plerumque minutura occurrant in indicem redacta, quæ reticere melius fortasse fuisset: plerumque etiam quæ fufius, magisque integra sententia explicari potuissent. Illi tamen cogitare debent hunc esse authorem, qui in scribendis glossis parcissima breuitate tantam rerum ac disciplinarum varietatem complexus est, vt in eis nihil maneam, nihil præter rem, nihil denique quod non aptè dictum sit vsquam offendas. Aliquando enim Laconismo quodam sic aliorum dogmata, vel adducit vel refutat: vt sua mira felicitate, & arte stabiliat. Interdum etiam sic diputationem instituit: vt collatis hinc inde varijs doctorum sententijs, suam aut breuiter aperiat, aut alienam confirmet. Quin & minutissimis (vt ita dicam) punctis tantam questionum ac decisionum copiam congerit: vt in eis omnibus singularis doctrinæ & longæ lectionis aculeum interea relictum animaduertas. Quis igitur in his angustijs, sic quæ sensit autor, possit colligere: quin aliquid breuius, aut curiosius dictum vsquam occurrat? Atque ratione sæpenumero aliud ex alio infero: vel pluribus locis eandem sententiam tractari indico: vel etiam (cum tota indicis virtus sit copia atque inueniendi facilitas) sub diuersis dictionibus colloco, vt illam: Accusatio licet regulariter in omnibus fere criminibus, tollatur viginti annis: in crimine tamen adulterij per vim commissi: durat perpetuè. Et hanc, Adulterij accusatio quanto tempore duret. Quæ posterior sententia priorem comprehendit: tum quòd ad eadem loca pertinet: tum etiam quòd non omnes, quo quæque sint inuestiganda loca, nouerunt: & facilius occurrant quæ pluribus locis sparsa leguntur. Hæc qui cogitauerint candide lector, mihi fortasse acquiores erunt, nostrisque laboribus non ingrati fruuntur. Præsertim cum ita curiose, nec minùs commode singula loca vnde quæque deprompsi, indicare studuerim: vt per stellulas, & literas interlineales ad locum ipsum, quasi manu deducam. Quod in cæteris glossarum indicibus hætenus factitatum non reperi, cum eorum vel tibi sit prius integra pagina perlegenda, quam quidquam inuenias: vel cum perlegeris, sæpius operam perdas. Vale.

**INDEX MATERIARVM, QUAE**  
in singulis septem Partitarum Glossis tractantur, compositissimo, atque exactissimo ordine digestus

Per Iacobum Boffæum.

**CANON.**

**A N I M A D V E R T E** Candide Lector, p literam cum numero suo denotare Partitarum ordinem: hac autem figuram a, primam foliorum Paginam: b verò secundam ostendit. Literæ autem aliæ omnes Alphabeticæ sequentes, significant literas interlineales textus quæ ad marginem apposita, ordinem Glossarum signant. Stellula verò denotat Summarijs esse quod queritur sub eadem stellula: vel sub hoc signo 20. Exempli gratia. Abbas non tenetur ire ad Synodum. p. 1. Fol. 103. a. f. Demonstrat p. 1. a, Paginam. 1. f. Glossam, quæ literam f, in margine habet signatam, & idem de cæteris literis.



**A**bbas Non tenetur ire ad Synodum. p. 1. Fol. 103. a. f. Abbas potest monachum, pro excessibus, corrigi vel virgis, per se, vel per alium cadere. p. 1. Fol. 79. b. \* 1.

**A B I G A E V S** dicitur, qui pecus furatur: & si hoc facere consuevit, capite punitur, alijs non. p. 7. fol. 33. a. \* 1.

**Q**uid autem, si numerus semel furatarum pecudum faciat gregem? capite punitur. ibidem.  
**A**bigæus dicitur etiam, qui vnum tantum equum, vel bouem furatus sit. p. 7. fol. 33. b. f.  
**A B S E N T E S** non sunt necessarii vocandi ad Capitulum, nisi in tribus casibus. p. 1. fol. 113. a. b.  
**A**bsentes citari non possunt, sed perquirendi sunt. p. 3. fol. 42. b. c.  
**A B S O L V T I O** ab excommunicatione propter hæresim, soli Pape hodie est reseruata. p. 1. fol. 37. b. e.  
**A**bsolutio in foro penitentiali non excusat à foro iudiciali, nisi poenitentia publica imposita sit. p. 7. fol. 6. b. col. 1. in prin.  
**A**bsolutionis ab excommunicatione forma. p. 1. fol. 91. a. \* 1. & e.  
**A**bsolutionis ab anathemate forma. ibid. \* 2.  
**A**bsolucere non debet Episcopus excommunicatam à suo subdito sine emenda, & sine excommunicationis scientia. p. 1. fol. 90. b. \* 1.  
**A**bsolucere potest quilibet sacerdos excommunicatum pro violenta manu iniectio in Clericum, si sit constitutus in mortis articulo. ibidem. \* 2.  
**A**bsolucendus ab excommunicatione incurta propter contumaciam, iurare debet de stando, & parendo iuri. p. 1. fol. 91. b. \* 1.  
**A**bsolutus per sententiam validam ab accusatione non potest de eodè crimine denuò accusari. p. 7. fol. 6. a. \* 2.  
**A B S T I N E N T I A M** matrem sanitatis appellant medici. p. 2. fol. 18. b. c.  
**A C E T V M** citissimè extinguit incendium. p. 2. folio 52. a. colum. 1. in principio.  
**A C C E P T I L A T I O** facta reo, prodest fideiussori. p. 5. fol. 112. b. h.  
Non tamen prodest, si in acceptilatione veretur dolus ex parte vtriusque. ibid. m.  
**A C O L Y T V S** quis dicatur, & quod sit eius munus. p. 1. folio 55. a. \* 2.  
**A C Q V I R E R E** dominium, vide in dictione dominium.  
**A C T I O** redhibitoria datur contra venditorem, qui vitium rei vendite tacuit. p. 5. fol. 34. a. d. & sequentibus.  
Et redhibetio debet fieri cum fructibus ibid. o.  
Actio non potest acquiri alteri per alteram de iure partitarum sine mandato. p. 5. fol. 27. a. a.  
Actio quanto minoris civilis, & prætoriam, in quo differunt. p. 5. fol. 34. b. b.  
**A C T I O** iniuriarum, furti, & cæteras vide in suis locis.  
Actiones competentes Regi, vel fisco, quo tempore præscribantur. p. 6. fol. vltimo. a. col. 1.  
Actiones & nomina debitorum sunt tertium genus rerum. p. 2. fol. 53. a. f.  
In actione pignoratitia, venit dolus, leuis, & lata culpa. p. 5. fol. 88. a. g.  
Actio redhibitoria, & quanti minoris quæ dicatur. p. 3. fol. 103. a. k. l.  
Actiones ad vin dictam non transmittuntur, nisi lite contestata. p. 7. fol. 13. a. f. & fol. 38. a. \* 3.  
**A C C V S A R E** matrimonium possunt consanguinei coniunguntur

tanquam melius scientes lineam parentelæ. p. 4. fol. 25. b. col. 2. \* 1.  
**A**ccusare, quæ personæ possunt, vel non. p. 7. fol. 2. b. \* 2.  
**A**ccusare proprie quid sit. p. 4. fol. 26. a. col. 2. c.  
**A**ccusare prohibitus, non prohibetur denunciare. p. 7. fol. 4. a. h.  
**A**ccusare nemo potest alium per procuratorem. p. 7. fol. 4. b. \* 1.  
**T**utor tamen accusat nomine pupilli. d.  
**A**ccusare poterit etiam infamis damnatus publico iudicio, de crimine læsæ maiestatis. p. 7. fol. 3. a. o.  
**A**ccusare de homicidio, quæ personæ possunt. p. 7. fol. 32. a. h.  
**A**ccusare de falso potest quilibet de populo, & huiusmodi accusatio durat vsque ad viginti annos. p. 7. fol. 27. a. \* 2.  
**A**ccusare, in quibus casibus permittitur seruo. p. 7. fol. 3. b. \* 1.  
**A**ccusari post mortem, in quibus casibus quis possit. p. 7. fol. 4. b. \* 2. & sequenti.  
**A**ccusari non potest impubes de luxuria: quia non præsumitur eum posse facere: de alijs autem criminibus potest accusari maior decem annis cum dimidio. p. 7. fol. 5. a. \* 1.  
**A**ccusari semper possunt atrocissima delicta. p. 7. fol. 66. b. h.  
**A**ccusationis instantia perit mortuo accusatore, lite pendente: mortuo autem reo totaliter perit accusatio, nisi in certis casibus. p. 7. folio. n. b. \* 1.  
**A**ccusatio in quibus criminibus potest proponi post mortem. p. 7. fol. 17. b. \* 1.  
**A**ccusatio qualiter debeat fieri. p. 7. fol. 7. a. \* 1.  
**A**ccusatio quando sit de periurio testis, an ponatur locus iuramenti, vel depositionis. p. 7. fol. 7. a. c.  
**A**ccusatio duplex est: vna est, ex cuius probationis defectu, accusator punitur similitudine supplicij: alia, ex qua sic non punitur. p. 7. folio. 2. b. \* 1.  
**A**ccusatio ad separationem thori, qualiter debeat proponi. p. 4. fol. 24. b. \* 1.  
**I**n accusatione, quando dies sit necessarii apponendus. p. 7. fol. 7. a. f.  
**A**ccusationem falsam qui produxit, an teneatur poena falsi. p. 7. fol. 34. b. a.  
**A**ccusatio consanguinei de iniuria illata consanguineo, non excluditur ex eo, quòd alius sit propinquior, qui accusare possit. p. 7. fol. 20. b. d.  
**A**ccusatio licet regulariter in omnibus fere criminibus tollatur viginti annis: in crimine tamen adulterij durat perpetuè. p. 7. fol. 66. b. h.  
**A**ccusator qui aliquid dedit iudici, vt iniuste iudicaret, quas poenas subeat. p. 3. fol. 142. a. \* 1.  
**A**ccusator si non compareat, accusato comparente, in termino præfixo arbitrariè punitur pecuniariter. p. 7. fol. 8. b. \* 1. & h.  
**A**ccusator de falsa moneta non probans, non punitur: nisi sit euidentis calumnia. p. 7. fol. 9. b. \* 2. & fol. 19. a. a.  
**A**ccusator & testis quis esse potest in causa matrimoniali. p. 4. fol. 25. b. colum. 1.  
**A**ccusator an debeat offerre libellum iam dictatum, cum venit coram iudice, vel sufficiat quod dicit coram iudice. p. 7. fol. 7. a. b.  
**A**ccusator volens ab accusatione desistere potest cum licentia iudicis, per abolitionem desistere intra triginta dies, nisi in casibus expressis. p. 7. fol. 9. b. \* 1. & c.  
**A**tque hoc etiam habet locum, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur. ibidem. c.  
**A**ccusatores, si plures sint, & reus compareat, non tenetur omnibus respondere: sed eligat iudex vnum, cui respondeat accusatus. p. 7. folio 6. b. \* 1.



Index materiarum.

Si tamen plures accusatores sint tutores, possunt simul accusare in eodem libello. ibid. g.
Idem possunt facere plures filij accusantes mortem patris. ibid.
Quid autem, si vnus accuset coram vno iudice alius coram alio. ibid.
Accusans vxorem de adulterio quid in libello exprimere debeat. p. 4. fol. 25. a. colum. 1. & d.
Accusans vxorem adulterij, an obligetur ad talionem. p. 4. fol. 25. a. colum. 1. & d.
Accusans aliquem ciuiler vel criminaliter non se subscribit ad talionem. p. 4. fol. 25. a. colum. 1. m.
Accusatus debet respondere in termino sibi p̄fixo ad respondendum. p. 7. fol. 8. a. & i.
Accusatus si decedat intra tempora data ad accusandum, an sit idē ac si appellaret. p. 7. fol. 12. a. c.
Accusatus fugiens post accusationem, nec volens vsque ad finem prosequi litem, potest vbiq; infra regis dominium capi, & ad locum accusationis deduci. p. 7. fol. 9. a. & i.
Accusatus non potest pendente accusatione alium accusare de minori vel equali crimine: nec etiam postea, si ad mortem, vel perpetuum exilium sit damnatus. p. 7. fol. 3. b. & 2. & g.
Sed hoc in quibus casibus fallat, vide ibidem, g. & h.
Accusatus etiam in gradu appellationis, potest obijcere de ineptitudine libelli. p. 7. fol. 7. a. g.
Accusatus tenetur accusatori respondere vbi deliquit, & non alibi: nisi accusatus sine exceptione respondeat. p. 7. fol. 7. b. & i.
Accusatio potest ante sententiam de crimine mortis, aut membri mutilatione transigere: quia licitum est cuiunque proprium sanguinem redimere. p. 7. fol. 10. a. & 2.
Et in quibus criminibus non potest transigere: ibidem.
Accusatus si post litem cōstitutam ob criminis cōscientiam se occidat, qualiter debeat procedere iudex. p. 7. fol. 12. a. & i.
Et cui incumbit probatio quod se propter criminis cōscientiam occiderit: ibidem.
ACTVS quos, qui & quales requirantur ad prohandam consuetudinem. p. 1. fol. 12. b. colum. 2. d.
Actus alius reprobatus permittit ratione publicæ utilitatis. p. 3. fol. 39. b. c.
Actus qui potuit geri ex duplici potestate sustentabitur ex ea qua melius valere potest. p. 6. fol. 82. b. colum. 1. in medi.
Actus reprobatus propter turpitudinem æquiparatur actui prohibito de iure diuino. p. 6. fol. 88. a. colum. 1. in prin.
Actus legitimi non recipiunt diem, neq; conditionem. p. 6. fol. 42. a. d.
Actor quando sine actione experiri possit. p. 3. fol. 8. b. d.
Actor qui contumaciter non comparet, soluit expensas debitori, etiam si debitum probauerit. p. 3. fol. 11. 4. a. & 2.
Actor quam actionem intentare debeat, quando æstimationem soluit. p. 2. fol. 7. a. & 2.
Actor quis dicatur. p. 3. fol. 3. a. & 2.
Actor si petat rem mobilem exhiberi: exhibenda est in iudicio, vt actori pareatur sua probatio. p. 3. fol. 6. b. & 2.
Actori ex delatione iuramenti dabitur res, quam iurat sibi deberi. p. 3. fol. 59. a. & 2.
Actor dicitur quatuor modis plus debito petere. p. 3. fol. 14. a. & 1.
Actor si plus petat, & in probatione deficit, condemnabitur in expensis. ibid. & 2.
Actor qui ante citationem, rem litigiosam transfert in potentiorē, causa aduersarium fatigandi, perditus quod habet in re. p. 2. fol. 47. a. & 1. & 2.
Bene tamen poterit rem in potentiorē transferre ante citationem in testamento vel in codicillo. ibid. b. & 1.
Actor in quibus casibus non tenetur reum conuenire in loco domicilij. p. 3. fol. 11. a. & 1.
Actor tenetur probare intentionem suam qui in iudicio proposuit, si per reum fuerit negata. p. 3. fol. 13. a. & 3.
Extende etiam si reus in se assumpserit onus probandi. ibid. k.
Actor quando nihil probauit, an possit deferre iuramentum. p. 2. fol. 57. b. colum. 1. in principio.
Actor potest contra reum coram iudice semel plures petitiones proponere: dum tamen non sint contraria: tunc enim eligit vnā, nec potest postea variare. p. 3. fol. 55. b. & 2.
Actoris est electio, quando vnus plures habet foros. p. 3. fol. 11. b. g.
Actor vbi deficit in probatione, non potest dici quod habuerit iustam causam litigandi: nisi iniustam: & sic semper debet condemnari in expensis. p. 3. fol. 13. b. a.
ADAM antequam peccasset habebat scientiam quam Angeli habent. p. 1. fol. 82. g.
Adam si non peccasset, in conceptu libido non fuisset. p. 4. fol. 7. b. colum. 2. in principio.
ADALIS qualiter creatur. p. 2. fol. 77. b. & 1.
Adalilis quam potestatem habeat. ibid. & 3.

Adalilis quis dicatur, & quod sit eius officium. p. 2. fol. 76. & 2. & fol. 77. a. a.
Adalilem quis creare possit. p. 2. fol. 77. a. & 1.
ADVNCTVS datus iudici suspecto an possit recitari. p. 3. fol. 35. b. colum. 1. per totum.
ADITIO vide in dictione hereditas.
Aditio iuste recufatur, quando non est tutus accessus. p. 4. fol. 63. b. b.
ADMINISTRATIO bonorum aduenturiorum filij, si auferatur patri propter dilapidationem, patri non reuertatur vsusfructus. p. 3. fol. 3. b. u.
ADOPTARE quæ personæ possint. p. 4. fol. 45. b. & 1. & b.
Adoptare non potest sacerdos, nec ceteri qui matrimonium contrahere non possunt. ibid. b.
Adoptari non potest libertus, propter reuerentiam patrono debitam. p. 4. fol. 45. b. & 4.
Adoptatus nō transit in adoptantis potestatem, nisi alicui de ascendentibus detur in adoptionem. p. 4. fol. 46. b. & 1. & 2.
Adoptio duplex est. p. 4. fol. 20. b. & 1.
Adoptio quibus modis fit. ibid. & fol. 45. a. & 2.
Adoptio impedit matrimonium. ibid.
Adoptiuus quos reliquit grauat, non excludunt substitutum. p. 6. fol. 24. b. colum. 4. in princi.
Adoptiuus non dicitur proprii filij, sed quicquid habent, dicuntur habere ex mera liberalitate patris. p. 6. fol. 23. b. a.
Vnde si statum vult, quod filij non soluant gabelam de hereditate paterna, adoptiuus solvere tenebuntur. ibidem.
Adoptiuus debet alii a patre adopt. ex quo ei succedit ab intestato. p. 4. fol. 46. b. b.
Adoptiuus poterit contrahere cum matre vel auia adoptantis. p. 4. fol. 20. b. i.
Adoptiuus an possit agere contra testamentum patris adoptiuus. p. 4. fol. 46. b. g.
Adoptiuus an possit matrimonium contrahere cum filia patris adoptiuus. p. 4. fol. 21. a. d.
ADORATIO hodie cur fit versus Orientem? p. 1. fol. 98. a. o.
ADVENTITIVUS dicitur etiam id quod pater promittit filio bene merito: & obligatur pater ex tali promissione. p. 5. folio. 89. b. d.
ADVLTER potest cum adultera post mortem alterius vxoris contrahere nisi in tribus casibus. p. 4. fol. 13. b. & 2.
Adulterium per vim contractum maritus accusare non potest. p. 4. fol. 24. a. & 2.
Quid si vis non fuit p̄fixa, sed conditionalis: adulterium committitur licet excusetur a p̄na. ibid. i.
Quid si vir p̄monuit vxorem, vt fugeret, ne vi hostium opprimeretur, & noluit? ibid.
Adulterium vxoris an compensetur adulterio viri. p. 4. fol. 9. a. m.
Ita vt maritus adulter vxorem adulteram accusare non possit. ibidem, fol. 24. a. & 1.
Adulterij crimen tunc est ecclesiasticum, quando agitur ad separationem thori matrimonialis. p. 1. fol. 69. a. e.
Adulterium cum Regina fieri consulens, proditor, & morte plectendus. p. 2. fol. 42. b. & 1.
Adulterium est sacrilegium, vnde eius cognitio pertinet etiam ad iudicem ecclesiasticum. p. 4. fol. 13. a. k.
Adulterium attentatum cum Regina, an sit crimen læsæ maiestatis. p. 4. fol. 42. b. a.
Adulterium est inter alia crimina excellentius, vt refert Azo. C. eodem, in summa. p. 7. fol. 65. a. e.
Adulterium est cum cōiugata vel alterius sponsa scienter coire. ibid. & 1.
Adulterium vnde sic dicitur fit. ibid.
De adulterio accusare hodie per leg. fori legum, soli marito licet. p. 7. fol. 65. b. h.
Ergo & iudici non licet de eo inquirere. ibid.
Adulterij suspectus atq; ter admonitus a viro, ne cum vxore eius loqueretur, impune potest occidi. p. 7. fol. 68. b. & 2.
De adulterij vide multa in parte maritus & vxor.
Adulterij accusatio quanto tempore duret. p. 7. fol. 66. b. a. & c. & 1.
Adulterium qualiter probatur. p. 7. fol. 68. a. & 1.
Adulterij p̄na qualis sit a iure iurata. p. 7. fol. 69. b. & 1.
De adulterio non licet transigere. p. 7. fol. 65. a. e.
De adulterio accusare, quæ personæ possint. p. 7. fol. 66. a. & 1.
De adulterio accusata mulier, quam exceptionem opponere potest. p. 7. fol. 67. a. & 2. cum sequenti.
ADVLATIO triplex est. p. 2. fol. 11. a. f.
Adulatio quando sit peccatum mortale. p. 2. fol. 35. b. b.
Adulatores sunt rei iudicia consortio principum. p. 2. fol. 35. a. & 3.
Adulatores destruant curias principum. p. 2. fol. 11. a. f.
Adulatores repelluntur ab accusando. p. 2. fol. 35. b. b.
ADVLTVS si baptizetur debet per se respondere baptizanti. p. 1.

Septem partitarum.

fol. 17. a. & 1.
Adulter prius quam baptizetur, debet in strui in fide. ibidem. n.
Adulter non habens curatorem potest adire hereditatem, & repudiare. p. 5. fol. 62. a. in fine.
Adulter maior quatuordecim annorum, an possit accusare? p. 3. fol. 2. b. h.
ADVOCATVS est ille qui litis suæ vel alienæ merita iudicio agendo vel defendendo proponit. p. 3. fol. 39. a. & 1.
Aduocatus non tenetur consulere iudici in eadem causa, in qua est aduocatus. p. 3. fol. 38. b. i.
Aduocatus dari debet periudicem pupillis, & miserabilibus personis petentibus aduocatum. p. 3. fol. 39. b. & 3.
Aduocatus quo ordine debeat proponere merita causæ. p. 3. fol. 40. b. & 1.
Aduocatus vel procurator reuelans instrumenta vel alia secreta suæ patri punitur p̄na falsi. p. 7. fol. 26. a. f.
Aduocatus pro quibus personis tenetur aduocare gratis, & sine salario. p. 2. fol. 25. b. g.
Aduocatus vnde dicitur. p. 3. fol. 39. a. & 1.
Aduocati non dicuntur omnes qui assunt defensionem causæ: sed tantum illi qui studuerunt saltem per quinquennium. ibid. a.
Aduocati qui esse non possint. ibid. & 3. cum sequenti.
Aduocatus nemo esse potest, qui non sit iurisperitus. ibid. d.
Aduocatus notus, secundum Ange. est confessor litium: & medicus notus, occisor parentum. p. 3. fol. 39. a. e.
Aduocatus notus potius debet sumere partes rei, quam actoris. ibidem.
Aduocatus an possit esse monachus, sate paupertate monasterij, ibi. h.
Aduocati vociferantes, & boatu triumphali loquentes, qualiter reprehenduntur. p. 3. fol. 40. a. g.
Nō aduocare in palatio qui iuravit, poterit nihilominus sine metu periculi aduocare pro pupillis, & alijs personis conuenientibus. p. 3. fol. 41. a. d.
Aduocatum salaria qualia esse debeant in causis ciuilibus & criminalibus. p. 3. fol. 41. b. & 1. & c.
Aduocati hodie erant qui faciunt iurare clientulos suos, quod pro tanto nolent sustinuisse talem iniuriam. Sed sic iurare debent, quod ante ex p̄disissent tantum de suo, quam pati voluissent talem iniuriam. p. 7. fol. 37. b. g.
Aduocatus qui ad tempus prohibetur aduocare coram iudice, poterit nihilominus postulare coram eius locum tenente. p. 3. fol. 41. a. & 2.
Aduocatus nullus potest patrocinari, quin prius per iudicem, & penitus regalis Curia, aut illius loci, vbi patrocinari vult, de peritia examine tur. ibidem. & 3.
Aduocatus qui patrocinij officium iurat, qualiter iurare debeat. ibid.
Aduocatus qui non reperitur in matricula, censetur esse priuatus. p. 3. fol. 41. a. m.
Aduocatus qui sumit causas iniustas, qualiter in conscientia tenetur. (ibid. k.)
Aduocatus pactum facere non potest de quota litis cum clientulo. p. 3. fol. 41. b. & 1.
Aduocatus qui vtramq; partem adiuuat, est p̄uicator: & est vltimo supplicio plectendus. ibid. & 2.
Aduocatus coram iudice in p̄sentia partis, si quid confiteatur, petinde est, ac si pars dixisset. Si tamen quid nocuum dixisset, quādo cūq; potest ante sententiam diffinitiuam reuocare. p. 3. fol. 40. a. & 2.
Aduocatus qui scit secreta causæ, nolens pro moderato salario postulare, compellitur per iudicem. Nec potest aduocare pro aduersa parte, postquam scit secreta litis. p. 3. fol. 40. b. & 2. & k.
Aduocatus qui secreta causæ clientuli sui reuelat, qualiter puniatur. p. 3. fol. 40. b. & 1.
Hoc videtur procedere, quando tantum dolo communicauit. ibid. d.
Aduocare, quæ personæ possint pro se, & parentibus, non pro alijs. p. 3. fol. 39. b. & 2.
Aduocare qui sunt prohibiti, si forte iudice ignorante postulant, an teneat processus. p. 3. fol. 39. b. & 3.
Aduocati qui nō possunt questionari, nec tormētis subijci. p. 2. fol. 3. a. h.
Aduocatus officium hodie plus ad subuersionem veritatis, quam ad lucidationem iustitiæ exercetur. p. 3. fol. 38. b. h.
AESTIMATA res si datur in dotem, qualiter debeat reddi. p. 4. fol. 34. a. h. per totum.
Æstimatio in dubio facit emptionem. p. 4. fol. 33. b. g.
AFFINITAS non contrahitur extraordinaria pollutione viri cum vxore: sed opus est, quod semen viri intret claustra pudoris. parti. 4. fol. 9. a. c.
Sed qualiter fiet hæc probatio? ibidem.
Affinitas quid sit. p. 4. fol. 18. b. g.
Affinitas contrahitur etiam coitu fornicario. p. 4. fol. 10. a. l.
Vide in dict. gradus affinitatis.
Affinitas non est inter virum & vxorem, sed sunt principium affinitatis. p. 4. fol. 19. a. a.
Affinitas contrahitur inter vxorem adoptantis, & adoptiuus. p. 4. fol. 21. a. & 1.
Affinitatis tres gradus sunt, ascendentes, descendentes, & collaterales.

p. 6. fol. 87. b. & 1.
APPLETAMENTVM, seu Naulum quid. p. 5. fol. 39. a. & 2.
AGAMENNON populorū pastor dicitur ab Homero. p. 2. fol. 30. l.
AGENS fraudulenter contra mercatorem aut alium viatorem, vt differat suum iter, compellitur ad rei instantiam per iudicem: vt ad breve tempus contra eum agat. p. 2. fol. 15. a. & 2.
Agens ad damnum, vel iniuriam sibi illatam, quid in libello debeat exprimere. p. 3. fol. 10. b. & 2.
Agenti recuperanda obstat notorius defectus proprietatis. p. 7. fol. 43. b. a.
Agere in quibus casibus quis inuitus compellitur. p. 3. fol. 14. b. & 2. & k.
Agere inuitus compellitur infamans. p. 3. fol. 15. a. a.
Sed coram quo iudice, diffamati, aut infamantis? ibidem. b.
AGER est terra sine ædificio ad seminandum. p. 7. fol. 98. a. & 2.
AGGRESSOR itinerum non potest pro vna vice capitaliter puniri, nisi occiderit. p. 2. fol. 53. a. b.
AGRICOLAE qui dicantur. p. 2. fol. 69. a. & 2.
ALFAQVEVES Arabicæ qui dicantur, & quod sit eorum officium. p. 2. fol. 13. b. & 1.
ALEATOR dicitur ille qui lusum alexæ apud se consuevit exercere, causa sui emolumentum, sicut in cauponibus. p. 7. fol. 48. a. l.
Aleator adeo est odiosus iuri, vt neq; iniuriarum, neq; legis Aquiliæ agere possit, si ludi occasione, vbiq; q; & quandoconque et accidat damnum. ibidem. g.
ALIENANS in hostes, plectitur p̄na mortis. p. 2. fol. 69. a. & 2.
Alienatio prohibita, an incidat in p̄nam, si tentet, vel incipiat alienare. p. 5. fol. 25. b. c.
Alienatio non posse rem, non est de diffinitione dominij. ibid.
Alienatio, an confirmetur, si pretium rei dotalis alienate restituitur soluto matrimonio. p. 4. fol. 31. a. colum. 1. e.
Alienatio proprie est, per quam dominium transfertur, secundum Bald. p. 5. fol. 25. b. c. & p. 1. fol. 109. b. & 1. & c.
Alienatio facta per Regem de re aliena, transfert dominium in accipientem. p. 5. fol. 92. a. & 1.
Requiritur tamen, vt Rex credat esse rem suam, aliter non valeret alienatio, nisi si faciat de plenitudine potestatis. ibid. g.
Alienatio rerum ecclesiæ per quem, & quomodo debeat fieri. p. 1. fol. 10. a. & 1. Et an requiratur consensus totius populi. ibid. c.
Sed an etiam procedere debeat causa cognitio. ibid. d.
Alienatio facta à proditore, postquam coepit de productione cogitare, non valet. p. 7. fol. 17. b. & 2.
Facta tamen iuste ignorant, videtur tenere. ibid. fol. 18. a. b.
Alienatio facta secundum dispositionem legum Partitarum, an liget ecclesiam, cū non reperitur approbata de iure canonico. p. 1. fol. 10. b. a.
Alienationis prohibitio per testatorem facta, valet si exprimit iustam causam. p. 5. b. & 2.
Et aliquid etiam sine causa expressione. fol. 26. a. b. & c.
Alienantes illicite bona ecclesiæ, qualiter puniuntur. p. 1. fol. 103. a. & 1. & h.
Alienatione prohibita per pactum, dominium non transire doctores antiqui tenuerunt falso. p. 5. fol. 25. b. c.
In alienatione rerum immobilium minoris, necessario requiritur decretum. p. 3. fol. 102. b. h.
Alienatio non potest succedere in castro regni. p. 2. fol. 54. b. f.
ALEXANDER magnus cur in Venere non fuerit strenuus? p. 2. fol. 110. a. a.
ALFEREZ vulgò in Hispania dicitur, qui & Comestabilis alibi dicitur, qualis esse debeat, & quod sit eius officium. p. 2. fol. 25. b. & 2.
ALGVAZELLVS Arabicæ quis dicatur, & quod sit eius officium. q. 2. fol. 26. b. & 2. & ibidem. d.
Alguazellus quibus in casibus potest capere delinquentes sine mandato iudicis. p. 2. fol. 27. a. a.
Alguazellus, qui potuit prohibere robarias, & alia damna: & non fecit, tenetur ad emendam damni. ibid. c.
ALIMENTA iure nature filijs debentur, etiam si sint incestuosi, & de damnato coitu. p. 4. fol. 52. a. b.
Excusantur tamen, si sunt pauperes. ibid. b. & 2.
Alimenta prestare quid sit, & quam vim habeat. p. 4. fol. 52. a. & 1.
Alimentis legatis sine quantitate p̄stari debent, sicut testator consuevit. p. 6. fol. 64. b. & 1.
Alimenta prestare tribus de causis, tenentur parentes. parti. 4. folio. 52. a. & 2.
Alimenta cui debentur, debentur & domus ad habitandum: quia sine domo vita hominis duci non potest. p. 4. fol. 52. a. g.
Alimenta vbi alicui debentur, debent taxari pro modo reddituum, non pro valore bonorum. p. 4. fol. 52. a. h.
Alimentis legatis comprehenduntur carbones, & ligna, & vestiarij, & calcearium. p. 4. fol. 58. b. c.
Alimenta prestare lico, quibus de causis excusetur pater. p. 4. fol. 53. a. & 2. & m. & n.



Index materiaram

Alimenta debita pupillo, vide in parte, pupillus. Alimenta tenetur filius mittere patri etiam existenti in exilio. p. 4. fo. 52. b. a. Alimentorum appellatione quid contineatur. p. 4. fo. 52. a. f. Alimentatus non debet alimentantem accusare, nisi sit res que Regem, vel Rempub. concernat. p. 4. fo. 54. a. 1. Alimentans aliquis, tenetur ei omnia necessaria tribuere. p. 4. fo. 53. a. 3. Dicitio ALIVS facit positionem eiusdem qualitatis. p. 3. fo. 97. b. f. ADMIRANDVS quod officium habeat. p. 2. fo. 18. a. 1. ALMO CADENV S quis dicatur, & quod sit eius officium, & qualiter creati debeat. p. 2. fo. 78. a. 1. & sequent. per totum. & fo. 91. a. 2. & 3. ALVEVS fluminis si mutetur in aliam partem, quod est derelictum a flumine nobis diuiditur inter eos quorum pradia ripae adhaerebant. p. 3. fo. 100. b. 1. Quid si alueni sibi stetit per decem annos inter presentes, & per viginti inter absentes, & recedat, dic, non debere restitui dominis prioribus quia praescriptum est titulo iuris gentium. ibi. fo. 161. a. 2. ALMOXARIFES qui dicantur Arabice, & quod sit eorum officium. p. 2. fo. 28. b. 1. & 2. ALQVIMIAE ars quam sit vana, & ridicula. p. 7. fo. 29. b. a. ALLVIO non habet ius in priuato torrente. p. 3. fo. 160. a. b. Alluione nobis acquiritur dominium fundi. ibid. 1. Alluionis incrementum pertinet etiam ad usufructuarium, & emphyteotam. ibidem. d. Idem etiam est in feudatario. ibid. g. Alluionis incrementum, an communicetur inter virum & uxorem? ibidem. h. Alluio quid sit. p. 5. fo. 86. b. k. ALTARE non debet esse ligneum, vel terreu: sed lapideum. p. 1. fo. 98. a. c. Altare ad decantandum missam nemo debet habere sine licentia episcopi. p. 1. fo. 96. a. 1. & f. Altaria constituta per somnia, & quasi per inanem reuelationem hominum destrui debent. p. 1. fo. 97. a. 2. AMBASSIATORES, seu Legati Regis quales esse debeant. p. 2. fo. 27. a. 1. Ambasiatoribus an liceat donare, & recipere. ibid. f. Ambasiatores de iure gentium sunt inuolubiles. p. 3. fo. 92. b. a. AMICVS versus quid tenetur facere pro amico. p. 4. fo. 73. a. 2. Proprietate amicum non excusatur peccatum. ibid. b. d. Amicus magnus ex quibus actibus iudicetur: & ad quid conferat hinc probatio. p. 7. fo. 20. a. d. Amicus si recipit amicum in domo sua, non tenetur ex edicto Nautae, caupo. stabu. p. 7. fo. 48. b. 2. Amicus verus qualiter cognoscatur. p. 4. fo. 72. b. 1. Amicitia commoditas, & fructus. ibid. b. Amicitia triplex est: una naturalis: altera, ex longa conuersatione: tertia, quam quis ob suum commodum duntaxat habet. Potest addi quarta, quam generosi inter se poluerunt ex pacto. p. 4. fo. 72. b. 2. Amicitia propter vile damnata est, secundum Aristotelem. 8. Ethicorum, ibidem. fo. 73. a. c. Ad amicitiae conseruationem quae requirantur. ibid. 1. Amicitia quibus modis soluitur. p. 4. fo. 73. b. 1. AMPLIXV S est nota remissionis iniuriae. p. 7. fo. 45. d. ANATHEMATIS sententia, quae mucro Episcopalis dicitur, fertur per solum Episcopum, non per minores praelatos, & qua solennitate & ritu emittitur. p. 1. fo. 86. b. 1. Anathematizatus est mucro Episcopalis. dicitur in cap. visis. 16. quae st. 2. p. 1. fo. 37. a. 1. ANCILLA a domino publice prostituta, efficitur libera odio profluentis. p. 4. fo. 57. a. 2. Ancilla data in dotem viro, non cedit ipsa, nec partus eius lucro viri, nisi vir receperit eam restitutam. p. 4. fo. 34. b. 1. & ibid. b. Ancilla quae domino sciente contraxit cum libero homine, per hoc efficitur libera. p. 4. fo. 57. b. 1. ANIMA rationalis duos intellectus habet. p. 2. fo. 32. b. 1. Animae peccatum moritur in damnationem perpetuam, & per poenitentiam resurgit in vitam aeternam. p. 1. fo. 22. a. col. 1. 1. Anima vera diuina. p. 2. fo. 3. b. col. 1. in principio. Animae quotidie nouae creantur a Deo, & infunduntur nouis corporibus: & infundendo creantur, & creando infunduntur. p. 1. fo. 104. b. g. Animam esse sanguinem dixit Triclas Aristoteles entelechiam: alij vero ignem & c. p. 2. fo. 32. a. f. Animus generosus facilius ducitur quam trahitur. p. 2. fo. 19. b. d. Animata omnia in insectibus quibusdam dicitur sunt per quos tendunt ad conseruationem suae speciei. p. 4. fo. 51. b. 1. ANNI reditus, & mancipia annexa fundo inter immobilia nanae

rantur. p. 2. fo. 53. a. h. APPELLARI an possit a sententia lata super actione ad exhibendum. p. 3. fo. 8. a. e. Appellari potest a iudicibus tam ordinarijs, quam delegatis: a principe vero non appellatur, sed supplicatur, vt reuideat sententiam quam tulit. p. 3. fo. 147. b. 1. Appellari potest a statuto introducto in odium speciale priuatae personae. p. 1. fo. 7. a. col. 1. e. Appellari potest bis a sententia super eodem facta. p. 3. fo. 149. b. 2. Appellare, quae personae possint a sententia lata. p. 3. fo. 143. a. 1. cum sequentibus. Appellare poterit inuito reo consanguineus pro condemnato in causa sanguinis. p. 3. fo. 144. a. 2. Quid autem, si condemnatus fuerit contumax, an idem erit dicendum videtur quod sit. ibid. m. Appellare & appellatio, vide plura in parte, sententia. Appellare oportet gradatim, non omisis in edis: ad principem vero appellari potest omisis medijs. p. 3. fo. 147. a. 1. Infra quod tempus appellandum sit. p. 3. fo. 148. b. 2. & fo. 149. a. c. Appellatur a declaratione verbi ambigui in definitiua posita, & a relatione imperfecta missa regi. p. 3. fo. 147. a. 1. Appellatio est querela partis a sententia contra eam lata recurrentis, & ponentis se sub maiori iudicis protectione. p. 3. fo. 142. a. 1. Appellatio non admittitur, nisi iusta causa exprimat. p. 3. fo. 146. b. e. Appellatio si sit interposita ad Regem per viduam vel pupillum, seu pauperem non habentem viginti morapetinos, ipse Rex cognoscat de appellatione, vel mandabit qui cognoscat. p. 3. fo. 148. b. 1. Appellationis victoria vnus sociorum prodest ceteris socijs, licet non appellauerint: idem est in seruitute communi. p. 3. fo. 144. a. 1. Contra appellationis naturam esset consuetudo appellandi ad patrem, vel minorem iudicem: ideo nihil valeret. p. 3. fo. 142. b. g. Quando tamen huiusmodi appellatio valeat, vide. p. 3. fo. 148. a. c. Post appellationem attentata debent reuocari, & in primum reduci. p. 3. fo. 150. b. a. Appellatione pendente si moriatur res de qua contenditur: pura, bos, nihilominus iudex appellationis procedet contra morosum. p. 3. fo. 150. b. 2. Appellationes (vt ait diuus Bernardus de consi. ad Euge.) sunt grande & generale bonum mundo, tanq; necessarium quam solipsae mortalibus. p. 3. fo. 142. b. e. Appellationes si fiunt ad regem cognoscunt de ea iudices ordinarij curiae regis. p. 3. fo. 148. a. 1. In causis tamen magnis & arduis non debent pronunciare sine consultatione rejs. ibid. f. APPELLANS debet prosequi appellationem infra terminum a iudice assignatum. p. 3. fo. 149. a. 1. Appellans non debet per verba incurialia siue iniuria iudicem a quo appellat, lacessere: nec dicere quod iniuste iudicauit. p. 3. fo. 149. b. 2. APOLLINARIATAE haereticis dixerunt Christum habere animam sensitivam tantum. p. 1. fo. 14. a. col. 2. n. APOSENTADORES vulgo dicti domus regiae, quales esse debeant. p. 2. fo. 25. a. 3. Aposentadores perdunt officium, & septuplum reddunt, si aliquid recipiant etiam ab sponte dantibus ultra taxata sibi a lege. ibid. h. APOSTATA reuertens ad fidem, non recuperat bona. p. 7. fo. 78. a. c. APOSTOLORVM quem quisq; articulum in Symbolo composuerit, vnde sciri potuit. p. 1. fo. 14. b. col. 2. g. APVLIAE regnum est feudale ecclesiae. p. 4. fo. 65. b. h. AQUA ad baptismum qualis esse debeat. p. 1. fo. 16. a. col. 2. in princ. Aqua venalis est in Aegypto. p. 2. fo. 58. b. b. Aquae vsus & commoda ex Ysidoro. p. 2. fo. 31. a. c. & fo. 58. b. a. ARABICA multa vocabula remanserunt in Hispania, postquam recuperata fuit a Sarracenis. p. 2. fo. 25. b. d. ARBITER vide in parte, compromissum. Arbitrator dicitur, qui est electus a partibus ad cognoscendum de causis eorum per viam iuris. p. 3. fo. 25. 1. Arbitri vocabulum comprehendit tam arbitros, q; arbitratores. ibid. Arbitrator ab arbitratore in quo dignoscitur. ibid. Arbitrator alius quam naturalis ratio, non cadit inter praetendentes super eam potestatem. p. 1. fo. 7. a. col. 1. in princ. Arbitrator multare non potest partes ratione contumaciae. p. 3. fo. 25. b. d. Arbitrator definitiuam sententiam ferre non potest altera parte absente: etiam per contumaciam: nisi hoc actum sit in compromisso. p. 3. fo. 110. b. a. Arbitrator an possit cogi suscipere arbitrium. p. 3. fo. 27. b. b. & fo. 28. b. 2. Arbitri potestas quo tempore finitur. p. 3. fo. 28. b. b. Arbitri sententia non appellatur: non tamen condemnatus eam obsequare tenetur, si poenam soluere voluerit. p. 3. fo. 31. a. 1.

Septem partitarum.

Hodie tamen de iure regni recte potest appellari. ibid. c. Arbitri sententia analogatur, etiam si fuit appositae in compromisso. p. 3. fo. 31. a. f. Arbitri quibus de causis prohiberi possunt ne sententiam ferant. p. 3. fo. 29. b. 1. Arbitri quid obseruare debeant, quando sententiam ferre volunt. ibidem. 2. Arbitri quibus de causis compelli non possunt decidere controuersiam quam semel susceperunt terminandam. p. 3. fo. 29. a. 1. Arbitri quae debeant animaduertere circa lites quas decidendas & componendas recipiant. p. 3. fo. 27. b. 1. Arbitri quando discordant in electione tertij, iudex ordinarius potest eum eligere: & in huiusmodi electione potius sequi debet voluntatem partium, quam arbitrorum. p. 3. fo. 29. a. d. Sed an hoc procedat in arbitratoribus. ibid. e. Et hic tertius an possit cogi arbitri, & quam potestatem habeat discordantibus ceteris arbitris. ibid. f. & g. Arbitrator dicitur ille qui est electus a partibus ad componendum inter eos, non seruata via iuris. p. 3. fo. 25. b. 1. Arbitrator non tenetur obseruare ferias. p. 3. fo. 32. a. b. Arbitrator potest sententia clausam ferre sine recitatione. p. 3. fo. 26. a. p. Arbitri boni viri quae verba importent. p. 6. fo. 66. a. col. 2. per totum. Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. p. 3. fo. 25. b. e. Arbitri an possint iudicare secundum ius quod nouerunt ex consuetudine. p. 1. fo. 12. a. col. 1. a. ARBOR quando nocet vicino, qualiter probatur. p. 7. fo. 62. b. g. h. i. k. Arbores fundi dotales a marito scissae, vel vi ventorum euulsae consilite matrimonio, sunt vxoris. p. 4. fo. 147. a. 1. Idem etiam est si arbores essent delicatae. ibid. a. Arbores in ripa fluminum constitutae, eorum sunt quorum pradia sunt ripis iuncta. p. 3. fo. 35. b. 1. Arbores frugiferas qui damnificat, tenetur ad duplum. p. 7. fo. 62. a. 2. Arbores, nec damnum dent fabricae aedificij, solent radicibus amputari. p. 7. fo. 62. b. g. ARCHIDIACONVS graecis, latinè diaconorum dux, hic est vicarius Episcopi. p. 1. fo. 53. b. 1. Archidiaconi officium quod sit. ibidem. r. & per totum. ARCHIEPISCOPVS in visitatione dioecesis quid obseruare & facere debeat. p. 1. fo. 145. a. 1. & 2. Archiepiscopus dicitur visitare, etiam si vadat causa consignandi pueros. p. 1. fo. 145. a. k. Archiepiscopus Toletanus dicitur primas Hispaniae, vt patet expressè in cap. cum longe. 63. di. lin. p. 1. fo. 35. b. 1. Archiepiscopus dicitur dox Episcoporum. & illud potest in Episcopos suae provinciae quod Patriarcha super suos Archiepiscopos. p. 1. fo. 137. b. 2. Archiepiscopus, Cardinalis, Patriarcha, Episcopus, Archipresbyter, qualiter dignitate & iurisdictione inter se differant. ibid. n. ARISTIPPVS damnabatur in hominum moribus, quod in auctioribus vasa diligenter inspicerent, pitius quam emerent: vitam eorum non inspicerent quos sibi in auctioribus adiungerent. p. 4. fo. 72. b. e. ARISTOCRATIA an melior sit monarchia. p. 2. fo. 5. b. b. ARMA nec victualia debent vendi hostibus fidei. p. 5. fo. 19. b. 3. & fo. 20. a. b. Armarum appellatione non solum lorica: sed & lanceae, & pali, & lapides continentur. p. 7. fo. 98. a. 1. ARCA quid sit. p. 4. fo. 19. b. a. ARRAE possunt dari consilante matrimonio. p. 4. fo. 29. a. d. Pro aris potest fundus vxori dari contra opinionem Bartoli. p. 3. fo. 100. b. h. Atre hodie de iure regni non possunt excedere decimam partem bonorum. p. 3. fo. 101. b. b. Atres duplicatas, vt tenetur reddere, qui nolit stare pro matrimonio, de iure partiarum non reperitur: licet de iure ciuili possint reddi, etiam quadruplicate, si ita conuentum sit. p. 3. fo. 101. a. b. Atre in Hispania successerunt loco donationis propter nuptias. p. 4. fo. 29. a. d. Arrarum nomine non potest dari ultra decimam bonorum. p. 4. fo. 110. 29. a. e. ARROGARI non potest minor septennio patre carens. p. 4. fo. 110. 45. b. 3. Atrogare non potest tutor eum cuius tutelam gerit. p. 4. fo. 146. a. 1. Atrogator quid debeat restituere atrogato, si eum extra potestatem excludat. p. 4. fo. 146. a. 3. Atrogatus transit cum suis bonis, filijs & famulis in arrogantis potestatem. p. 4. fo. 146. a. 2. Atrogato qualiter debeat quarta in bonis arrogatoris. p. 4. fo. 146. a. 3.

ARTICVLVS quid sit. p. 1. fo. 15. a. d. Articuli fidei, vnde dicantur. p. 1. fo. 15. a. b. Articuli fidei sunt quatuordecim, quorum septem pertinent ad Christi diuinitatem: & septem ad humanitatem. p. 1. fo. 15. a. col. 1. a. & col. 2. a. d. ARTIFEX tenetur de damno, quod in re, quam suscepit contigit imperitia sua. p. 5. fo. 42. a. 1. Artifex in dubio se videtur a serere peritum. ibid. f. Artifex qui opus certo pretio suscepit, si antequam perficiatur, corrumpitur, tenetur ad pretium, & interesse. p. 5. fo. 43. b. 1. Et idem est, si corrumpat post quindecim annos. ibid. g. Artifex qui locat operas suas, tenetur de leuissima culpa. p. 5. fo. 44. a. c. Et si suscepit in se periculum rei, tenetur de casu fortuito. ibidem. Artifices ceteriq; menestrales qualiter teneantur pro rebus quae sibi faciendae committuntur. p. 7. fo. 49. b. 1. ASTROLOGVS si per suam artem aliquem furem rei alicuius nominauerit, non est actio iniuriarum. p. 7. fo. 36. b. 1. ASTRONOMIAE vsus valde dissuadet Innocentius, quippe quae homines faciliè ducit ad idolatriam. p. 7. fo. 73. b. 1. Per Astronomiam velle praedicere casus fortuitos, est illicitum & superstitiosum. ibid. Illa tamen quae causantur ex corporibus caelestibus praedicere licet, vt pluuia & c. ibid. l. Aliquando etiam his artibus magicis vti licet, propter magnam vtilitatem, vt ad deuandam nubem, ad expellendos daemones & c. ibidem folio. 74. a. 2. AROMATARI qui miscent ceram corruptam cum incorrupta, non committunt falsitatem. p. 7. fo. 27. a. e. ASSASSINI qui dicantur, & qua poena puniantur. p. 7. fo. 81. a. 1. 1. & b. ASSONATAM qui in domo sua facit qualiter puniatur. p. 7. folio. 88. a. 2. AVARVS non est diuitiarum dominus, sed seruus. p. 2. fo. 10. a. 1. Avaritia nihil deerit, praesertim in principibus. p. 2. fo. 10. a. b. Avaritia quae mala secum adferat. ibid. c. Avaritia quae mala secum adferat. ibid. c. AVGVSTVS Caesar fuit primus qui formauit hoc Adagium, Ad Kalendas Graecas. p. 5. fo. 65. a. e. AVRIFICES qui faciunt aurum & argentum de minori liga, quam ciuitas requirit, puniuntur poena falsi. p. 7. fo. 27. a. d. AVTHORITAS principis quando requiratur in statuto. p. 1. fo. 10. 7. b. col. 2. Auctoritas principis iniusta est, si quod populis prohibet sibi licere patitur. p. 1. fo. 9. a. col. 1. a. AVIBVS legatis, rapaces, & pauones: & omnes aliae aues debentur. p. 7. fo. 107. a. 2. AVVS paternus & maternus de iure Partitarum circa onus dotatae neptis non differunt. p. 4. fo. 3. b. d. AVXILIVM qualiter quis dicatur praestare furto. p. 7. fo. 52. b. g.



B ACCALAVREVS an eximatur a muneribus. p. 2. fo. 31. b. col. 1. & 2. & per totum. BANNA bannitorum in aliqua pecunia praestanda non possunt exigi ab haeredibus. p. 7. fo. 13. a. col. 1. in medio. Bannitio non impedit mortis poenam imponi. p. 2. fo. 43. a. h. Banniti si euocantur ad curiam, gaudent securitate. p. 2. fo. 52. b. g. BALSAMVS quid sit & cur in Chirmate admiscetur. p. 1. fo. 19. a. col. 1. b. & c. Balsamus optimus vbi crescat. ibid. c. Balsami colligendi modus. ibid. BAPTISMVS quid sit, & quando fuit institutus. p. 1. fo. 16. a. col. 1. 1. & c. Baptismus remittit omnia peccata. p. 1. fo. 17. a. col. 1. 1. Baptismus collatus a quocunq; siue iudeo Sarraceno femina vel mascululo valet si baptismi forma seruetur. ibid. & fo. 17. b. col. 2. 1. Baptismus sanguinis sit per martyrium. p. 1. fo. 16. b. col. 2. m. Baptismus est in aua omnium sacramentorum. p. 1. fo. 18. a. col. 2. 1. Baptismus est primum fidei sacramentorum & stabile fundamentum. p. 4. fo. 28. a. col. 1. c. Baptismus debet praestari in ecclesia parochiali cuius est baptizandus. p. 1. fo. 18. a. col. 1. in princ. Baptismus cur potius in aqua, quam in vino vel alio liquore debeat fieri. p. 1. fo. 16. a. col. 1. e. Baptismus est triplex, fluminis, & sanguinis. p. 1. fo. 16. b. col. 1. m. 1. Baptismus quare iterari non debet. p. 1. fo. 18. a. col. 1. d.





Index materiarum

Christus quare elegit sibi mortem crucis. p.1. fol. 14. a. col. 2. h.
Christus secundum humanitatem non fuit dominus temporalis orbis. p. 2. fol. 80. b. col. 2. in medio.
Christum venturum esse iudicare viuos & mortuos, quomodo intelligitur. p. 1. fol. 14. a. 1.

Ciuitatis pars, vel quarterium potest inducere consuetudinem. p. 1. fol. 12. a. col. 2. f.
Ciuitatis fundamentum magis stat in legibus, quam in lapidibus, & muris. p. 3. fol. 2. a. h.
Ciuitatis appellacione quilibet locus muratus cum continentibus extrinsecis, & suburbis intelligitur. p. 7. fol. 107. b. 1.

Septem partitarum.

Clerici qui possunt per laicos iudices capi & torqueri. p. 1. fol. 49. a. 1.
Clerici quibus priuilegijs gaudeant. p. 1. fol. 65. b. 2.
Clerici pro rebus quas vendunt sine negotiatione non debent soluere gabellam. ibid. g.

COLLATIO beneficij, vide in parte beneficia.
Collatio beneficij non debet fieri ignoto. p. 2. fol. 55. b. c.
COLLECTORES iurium regularium plus debito extorquentes de vi armata tenentur. p. 7. fol. 36. a. 3.



Index materiaram

COMPROMISSO inest conditio, si dolus non sit commissus, p. 3. fol. 26. a. 5.
Forma compromissi. ibid. i.
Compromitti an possit super crimine, quod non ingerit poenam sanguinis. videtur quod sic. p. 3. fol. 26. b. a.
Sed hoc procedat quando poena esset applicanda parti: secus si fisco. ibid. dem.
Compromittere quae personae non possunt. partit. 3. folio 27. a. 1. & g.
Compromitti super quibus rebus possit. p. 3. fol. 26. b. 1.
In compromissis super rebus ciuitatum, an requiratur licentia regis? Bart. dicit q. sic. p. 3. fol. 26. b. c.
Compromissum quibus casibus expirat. p. 1. fol. 28. b. 1.
Compromissum in arbitros de eligendo tertio an valeat. partita. 3. folio 28. a. b. per totum.
Si in compromisso certum tempus apponatur iuxta quod pronuntietur, non possunt eo lapsio arbitri iudicare, nisi partes prorogent. ibid. dem. 1.
Sed quod tempus possit prorogari. ibid. e.
Compromissum sicut ex pacto transit ad heredem an sic possit transire ad heredem arbitri. p. 3. fol. 28. b. g.
CONCILIUM qualiter debeat conuocari. p. 2. fol. 50. a. k.
Concilium quid sit. p. 2. fol. 61. b. d.
CONCUBINA quae dicatur. p. 4. fol. 40. b. 2.
Concubina & vxor parum differunt nisi in honore. p. 4. fol. 40. b. f.
Vnde vassallus priuatur feudo si cognouerit concubinam domini sui. ibid. dem.
Concubinam quilibet potest habere de iure ciuili modo non sit vxoratus vel ordinatus. p. 4. fol. 41. a. 1.
Nam in clericis concubinatus est omnino reprobatus. ibid. e.
Concubinae illustrium virorum quae mulieres esse non possunt. p. 4. fol. 41. b. 1.
Concubinatus hodie est reprobatus per. II. regni. p. 4. fol. 40. b. g.
Concubinatus an possit interuenire cum vi. gine. p. 4. fol. 41. a. h.
Concubinatus vt sit licitus de iure ciuili quot requirantur. partita. 4. folio. 41. a. t.
Concupiscentia carnis etiam inter coniuges est peccatum. partita. 4. folio. 9. b. 1.
CONDERE iura parum est, nisi sint, qui ea exequantur. p. 1. fol. 8. b. col. 1. c.
Conditio legis solus potest dubium declarare. p. 1. fol. 8. a. col. 2. 1.
CONDUCTIO furtiua quando habeat locum. p. 7. fol. 53. b. 1.
Conditio furtiua datur etiam vltra id quod ad eum peruenit. p. 7. fol. 53. a. e.
CONDITIO ea honesta est, si Christianus contrahat cum infideli, sub conditione, si ad fidem conuertatur. p. 4. fol. 14. b. 1.
Conditio quot modis dicatur. p. 4. fol. 13. b. 1.
Conditio impossibilis vitiat contractum. p. 5. fol. 66. a. d.
Si vero negatiue ponatur, recte obligat. ibid.
Conditio turpis vel impossibilis natura, habetur pro nulla, si sit adiecta in contractu matrimonij. p. 4. fol. 14. b. 3.
Conditionis natura est suspendere actum. p. 4. fol. 13. b. c.
Conditiones inhonestae & turpes impediunt contractum matrimonij. p. 4. fol. 14. b. 2.
Item de ceteris conditionibus appositis in contractu matrimonij. ibid. & fol. seq. a. per totum. a. col.
Conditio quid sit & quotuplex. p. 6. fol. 21. a. 3.
Conditio illa proprie dicitur, quae suspendit & potest se habere ad esse & ad non esse. p. 6. fol. 23. a. c.
Conditio appositae per verba futuri temporis, si iam extabat tempore testamenti, institutio pura censetur. p. 7. fol. 21. b. m.
Conditio impossibilis de natura vitiat & non vitiat institutionem, vel legatum. p. 6. fol. 21. b. 2. & fol. 22. a. 1.
Sed quid si conditio impossibilis apponatur in persona grauati, an tunc conditio reiiciatur & institutio remaneat pura? Azo dicit q. non reiicitur: imo vitiatur relictum a grauato. ibid. o.
Conditio impossibilis ratione perplexitatis vitiat. p. 6. fol. 22. a. 2.
Conditio quando est casualis non potest sub ea heres institutus ante eius implementum quare hereditatem. p. 6. fol. 23. a. 1.
Conditio mixta, quae partim est in potestate hominis & partim in viribus fortunae, suspendit hereditatem aditionem donec impleatur. ibid. dem. 2.
Conditio nulla debet apponi in legitima filiorum. p. 6. fol. 24. b. 1.
Sed an hoc procedat in eo ad quem filius transfuit ius aduundi? videtur quod non. ibid. e.
Conditio potestatiua in dando vel faciendo consistens est adimpelenda antequam soluat relictum. p. 6. fol. 22. b. 1.
Conditiones potestatiuae quae dicantur. ibid. g. h. i.
Conditio dandi an possit impleri per alium, quando illi cui fuit apposi-

ta laborat in extremis. Bald. vult quod sic. ibid. dem. i.
Conditio appositae alieno seruo non potest adimpleri nisi ipsius domino mandante. par. 6. fol. 26. b. 1.
Conditio si concipiatur per verba futuri temporis sufficit, quod fuit impleta testatore ignorante. p. 6. fol. 61. a. b.
Conditio potestatiua an debeat impleri ex proposito in contractibus. par. 6. fol. 57. b. b.
